



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Quantæ sint virtutis deliciæ. Cap. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

*March.*  
18.8.  
militis strenue pro patria pugnatis, vultus, & in manu freneticus, inutilis & noxius dicitur: ita quodcunque bonum in potestate peccatoris, eo ad malum ventis, inutilis reputabitur. Ex eoque dixit Dominus: Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, absconde eum, & proice abs te. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proice abs te. ] Quidnam manus, & pede, & oculo in humano corpore inuenitur vultus, quibus laboramus, progredimur, & videmus? At haec tam chara, tam vultus, eo ipso quod virtuti contradicunt, pestes sunt nostræ, quas non ut commodum, sed ut detrimentum afferentes, debemus omnimodis refutare. Alia ergo non tam necessaria qualitatem mutant, & si ante vultus erant, inutilia redduntur, si actionibus virtutis obstant.

Si autem virtus maximè vultus est, & sola vultus (ut monstratum est) quia reliqua solùm, quatenus virtuti seruant, aut virtuti non aduersantur, habentur vultus, quis ambigat eam summis conaturibus esse querendam, siquidem iuxta utilitatem, aut necessitatem mensuram solemus conatur rebus quærendis adhibere? Certe quidem mundani homines magna cura argentum eruant ex visceribus terra, quia illius fuius necessitatibus prouident. Maiori vero cura effundunt aurum, & pro minori copia autem maiorem copiam argenti libenter impendunt, quia aurum scinti argento esse pretiosius. Adhuc vehementiori conatu querunt gemmas & lapides pretiosos, quoniam secundum humanam estimacionem argento & auro præferuntur. Quid ergo facerent, & quanta solicitudine illam rem quererent, si reperirentur in rerum natura, quæ simul esset argentum, & aurum, & gemma, & lapis pretiosus, & quicquid magnum, & pulchrum, & pretiosum possent cogitare? Hac res, o homo, vultus est, quam non vna angustat vultus, sed omnia vultus continet, omnemque in ea vultus inuenies. Hæc ut cibus, reficit; ut potus, recreat; ut vestis, operat; ut gemma, ornat; ut aurum & argentum, ditat. Hæc in prosperitate moderatur; in aduersitate consolatur; in ægritudine roborat; in persecutione sustentat. Hæc adolescentiam erudit, ne ignorantiam diligit; iuuentutem cohibet, ne in præcipitu cat: virilem atatem comittatur, ne se peccatis inuoluit; & senectam ornat, ut apud omnes dignitatem habeat. Hæc se sequentes in hoc sæculo honorat, & in futuro magnificat, & vitam nostram laborisque eterno premio coronat. Nihil igitur est virtutipar, ut verbis Chrysostomi utar, quæ nos, & in futuro sæculo è gehenna eripi, & regno calorum nobis frui concedit, & in præsentí quoque sæculo omnibus superioribus constituit, qui nobis sine causa insidiantur: & non hominibus solùm, sed & ipso salutis nostræ inimico, diabolo, fortiores efficit. Quid igitur illi par fuerit, quæ non solùm hominibus insidiantibus, sed & demonibus superioribus, sui studiosos efficit? Virtus autem est, humana omnia despiciere, futura singula horis cogitare, nullis præsentibus addictum esse: sed scire, omnia humana, umbram esse, & somnum, & si quid his vultus. Virtus est, erga negotia huius vita non magis quam erga mortuum affici: & ita viciose operationis expertem, ut ad ea quæ offendere anima salutem possunt, quasi mortuus quis sit, viuas autem, ut operetur tantum ea quæ spiritus sunt: sicut & Paulus dicebat. Viuo autem non iam ego, sed virgit in me Christus. ] Sic ille. Hæc si bene aduertisti, est tota vita spiritualis ab hoc sancto doctore descripta, quam sine villa exceptione virtuti tri-

A buit, ut scias, virtutem omnia spiritualis vita bona afferre, omnèque eius utilitates recondere. Virtute namque peccata præterita detestamur, & futura cauemus. Virtute sensus, affectus, & animæ vires componimus. Virtute præceptis Dei, & Ecclesiæ, & Prælatorum obedimus. Virtute cum Deo conuersemur, & mente ad res cælestes attollimus. Virtute à malo declinamus, & bonum facimus, & recta in vita beatam tendimus. Hanc igitur omnibus rebus utilibus præferamus, in qua omnium utilitates obtinemus.

Quanta sint Virtutis delicia.

CAP V T IV.

B **N**ONSTRATUM est, Virtuti honestatem & utilitatem inesse, nunc an illi insit voluptas disquirendum est, quæ magnam vim habet ad hominum capieidos animos. Adeò sanè, ut hominum hera & domina iuste debeat nominari. Herus enim mancipiis imperiat, & seruos sibi subiicit, & ad nutum, vult eorum non solùm virtibus, sed & voluntatibus vti: & seu voluptas homines sibi obsequentes ligat, & religat, adeò ut aliquando nihil aliud, quam huius dominæ suavitates libeat cogitare. Sapienterque dixit Eusebius: Eorum, qui fœdis voluptatibus dediti sunt, nullum tu liberum ducas; hi enim multo senioribus dominis, quam sint, qui fortuna seruos comparant, possideantque, cogentibus eos, seruant. Si ergo virtus comitem haberet voluptatem, iam nemo esset, qui virtutis imperium detrectaret, nemo, qui amabilissima sponsa consortio vilissimi heri, nempe vlti dominatum præferret. Videtur tamè nullo modo esse verisimile, quod virtus voluptatem habeat, cum potius virtus & voluptas dicantur esse contraria. Est enim qui cecinit, si bene memini: *Hinc virtus, illime virtuti inimica voluptus.*] Et Ambrosius ait: Dua mulieres unicuique nostrum cohabant, inimicitia ac discordia dissidentes, velut quibusdam zelotypæ contentionibus, nostra replete animæ domum: Vna eatum nobis suavitati & amore est, blandæ conciliatrix gratia, quæ vocatur voluptas. Hanc nobis opinamus sociam ac domesticam: illam alteram, inimitem, asperam, seram credimus, cui nomen virtus est. ] Dominus quoque, virtutis insinuositatem & difficultatem sine ullo fuso demonstrat, ne ad virtutem inuitati, de aliquo dolo aut deceptione conqueraramur. Intrate, inquit, per angustum portam; quia lata porta & spaciovia est, quæ dicit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. ] Quam angusta porta & arcta via est, quæ dicit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam! Quis autem non videat, insuauæ & durum esse, angustum portam ingredi, & arcam viam, in cliu pohtam, & anfractuum ac scopulorum plenam, ambulare? Virtus quidem à vi dicitur, & secundum vnam acceptiōem robur ac fortitudinem significat, quo datur intelligi, veram virtutem sine inuicta fortitudine, quæ nos ipsos cohibeamus, & naturæ vim inferamus, non posse in nostram possessionem deuenire. Vim autem naturæ inferre, & flumæ affectionum nostrarum ex antiquo alueo in alia loca deriuare, haud potest magno labore & dolore carere. Nec inepte quidam virtutem igni cōparauit; nam sicut ignis oculis appetit (sicut re vera est) splendidissimus aquæ pulcherimus: sed manibus attrahitibus, quas sine villa mora comburet, acerbus est & terribilis; ita virtus considerationi se pulchram, suauem, & decorā ostentat; executioni vero se austera esse & amatā, satis

Euseb.

Silvius  
Ital. lib.  
15.  
Ambro.  
lib. 1. de  
Cain. c. 4.

Matth.  
7.14.

E

Basil.  
hom. 24.  
de legen.  
lib. gen.

aperte notificat. Et sicut arbor quædam huius Americae, cuius apud Latinos, & Hispanos, imo & apud ipsos Peruenses, quantum potui reprehendere, est nomen incogitum, glandulas fert, gustui satis suaves, quæ in stomachum traegetæ mitas ventris tortiones & cordis angustias exfuscant, & noxios humores non sine dirissima conuulsione, peccoris vomitione propellit; sic virtus suavis ets palato desiderij nostri, quam amabili aspectu & hilari facie esse considerat, at in mentes nostras actione transfusa, eas vehementer excruciat, quoque prepotenter mores & minimas quaque imperfectiones eliciunt. Multos tandem labores, nullam verò requiem esse virtutis, Chius Philosophus, quem magnus Basilicus citat, & laudat in quadam Herculis narratione, demonstrat. Is enim cum quadam die, an sequenda esset via voluptatis in virtutis, ambiget; astiterunt illi due foeminae, quarum cōditionem ex ipso habitu statim agnouit. Altera, inquit, forma confusa, molliore facie, lascivis oculis, sermone blando, omnia fausta facilique, & ad vita solatia tendentia per otium, pollicendo, Herculem ad se trahere conabantur. Altera verò vultu rigido, squalenti mœstoque ore, magnam fiduciam atque constantiam præ se ferens, nihil incundum, nihil amorem ostendebat, laborisque immensos terra marique subeundos. Ecce iterum ex sententia huius Philosophi arque Basilij, virtutem voluptati inimicam appellari, cāmque seclatoribus suis non nisi labores & tristitia offere, quomodo ergo æquum erit illam bonum delectabile existimare?

Hæc res magni momenti est, & ut pro virtute certemus, & eam deliciis plenam ostendamus, necesse est, sicut & in ceteris rebus, ita duos status in virtute distinguere. Alter est quo virtutem assequimus: alter, quo virtute iam adepta & comparata latemus. Hæc autem duo in quocumque alio bono esse consideranda, manifestum est. In opibus enim atque diuitiis, aliud est diuitias acquirere, aliud verò quæstas possidere. In honoribus aliud est, dignitatem ambire; aliud, post eam obrentam subiectis imperare. In voluptatibus carnis, aliud est, occasionem rei amatae fruendæ nancisci; aliud, post eam naētam voluptate potiri. Comparemus nunc singula singulis, & disquisiramus an adeptio virtutis, & ipsa virtus adeptæ, omnium aliorum bonorum adeptio, & ipsi bonis adeptis voluptate & deliciis emineat. Bonorum terrenorum adeptio amarissima est. Quis enim labores & angores enumeret, illorum, qui congerendis auro, & argento, & aliis diuinitis insinuat? Quantis sollicitudinibus lacerentur? Quanto sudore & contritione corporis, quæ ab itineribus, & longis ac periculis navigationibus afferuntur, toto vita tempore onerentur? Quantis, si res non bene succedet, tristitia & afflictionibus opprimantur? Quis vel mente concipiatur ambitionis molestias? Nam ut dignitatem concupitam obtineant, homines rogant, quo nescio an in hac vita sit aliquid laboriosius; sicut nihil est in ea, quām Deum rogare, felicitus, coram ignobilioribus se deficitum, qui se technis & dolis in regnum familiaritatem insinuant, eos non alter quām famuli aut scribi, expectant, & affectant, & ab hominum vilium & superborum ore pendent, quorū ope manus aliquando desideratum obibunt. Quis tandem verbis ejunientem amaritudines illorum, qui in fœdissimo cœno carnalium voluptatum quasi suis voluntantur, quos metus supplicij angit, dens malæ conscientia rodit, & rabies zelotypiae difterit? Has autem molestias ipses boni concupiti non inlinuit, quod modicum est & exile, quod breue &

A pōlt modicum finiendum; quod hominis cupientis desideria non satians; quod sèpè sua præsentia non latitam, sed fastidium & tristitiam adiiciens. Meritoque Augustinus, hominum mundanorum studia respiciens, sic disputat de mundo: Ecce, inquit, ruinofus est mundus, ecce tantis calamitatibus replevit Dominus mundum, ecce amarus est mundus, & sic amarit. Quid faceremus, si dulcis esset? O mundo immunde, teneri vis periens: quid faceres, si maneres? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimentamentis? Et Gregorius: Si subtiliter considereretur omne quod hīc agitur, poena & miseria est. Ipsi etenim corruptioni carnis seruire ad necessaria atque concessa, miseria est: ut contra frigus, vestimenta, contra famem, alimenta, contra æstum, frigora requirantur. Quod multa cauteela custoditur salus corporis, quod etiam custodia amittitur, amissa cum graui labore reparatur; & tamen reparata, in dubio semper est, quid hoc aliud quām mortalis vitæ miseria est? Quod amamus amicos, suspecti, ne offendit, valcent: formidamus inimicos, atque securi de eis non sumus vtique quos formidamus: quod plerumque inimici sic confidenter quasi amicis loquimur, & nonnunquam pura verba proximorum, & multum nos fortale diligunt, quasi verba suscipimus inimicorum, & qui falli nunquam vel fallere volumus, ex cauteela nostra grauius erramus; quid itaque hoc nisi humanae vitæ miseria est? ] Sic ille. His omnibus, quibus voluptatum quærimus, tristitiam & dolorem reperimus, & adeptionem ciuiuscemque temporalis boni doloribus & tristitis sentimus asperfam, ut vitam istam singulis horis tristem & luctuosam experiamur. Sicque expertus est rex ille, qui omnem ciuitatem ac sollicitudinem in quærenda voluptate collocaverat, siquidem post immensos labores, gratia voluptatis exantatos, concludit, dicens: Tæduit me vita meæ, videntem mala universa esse sub sole: & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus.]

D Adepto verò virtutis est iucundissima, quia multa habet, quæ laborem extirpandi vitia, & affectus cohibendi, & se exercendi in rebus arduis immittant. Facit enim hanc adeptionem suam occupationis nobilitas, quæ homine, ac Dei visionem & fruitionem creato, digna conspicitur. Item & rationalis natura, quæ operibus studiosis paicitur, sicut & natura sensibus congruis sibi actionibus delectatur. Deinde conscientiae serenitas, quam solum virtutis opus pacat, atque latifacit. Ad hæc vera laus Dei, Angelorum, & hominum, qua solam virtutem laudat, & prædicat. Ac tandem spes incomprehensibilis premij & nunquam desituri, quod virtutis amator & affectator expectat. Et hæc spes tanti pondus est, ut omnem laborem assequenda virtutis, melle dulciorem & suauorem efficiat. Quod indicavit ille dominus, qui adeptionem virtutis, arctam viam & angustam portam vocavit: dum ei aliud nomen redolens suavitatem imposuit: Iugum, inquit, meum suave est, & onus meum leue. ] Virtus namque ut in adeptio est, iugum & onus vocatur, sic enim premit, & onerat. At premit suavitatem, & onerat leuitatem, imo & dulciter propter spem mercedis aeternæ, in quam oculos mentis intendit. Audiamus Chrysostomum pulcherrime de hac re verba scientem. Postquam enim dixerat virtutis laborem esse facilem & leuem, quod citè transeat, addit: Non enim transire solum labores atque sudores, sed ad bonum quoque properare finem (ad facilem vitam quippe contendit) potest consolationem afferre certantibus: ita & temporale sudorum & per-

Aug. lib.  
+ de  
symbolo,  
c. 1. 10. 9.

Greg. 11.  
mor. c. 26

Ecclesi. 1.  
17.

Matth. 11.

Chrys.  
hom. 24.  
in Matth.

petrum

peruum coronarum. Et quia prius sunt laboriosa quæ transcurit, postea gloria quæ permanent, maximum potest laborum esse solatium. Propter quod & Paulus tribulationem leuem vocavit, nō utique ad qualitatem tribulationum, sed ad certantium voluntatem, & spem respiciens futurorum: Quod enim, inquit, momentaneum & leue est tribulationum nostræ, supra modum sublimitatem, æternum gloria pondus, operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.] Quid si nautis minaces illi pelagi fluctus, si tempestates atque hyemes agricolis, si vulnera cedésque militibus, si grauissimi illi ieiūs plaga quæ pugilibus leues videntur, atque tolerabiles propter ipsum temporalium ac pereuntium commodorum: multo magis cum cœlum proponatur in præmio, & ineffabilis illa bona atque perpetua, nihil ex presentibus his adversitatibus sentitur.] Hæc tenus Chrysostomus. Ex cuius verbis manifeste cognoscitur, virtutis aequationem reliqui studiis & occupationibus hominū, delectatione præstare. Hanc autem purissimam voluptatem sanctus David mentis ore gustabat, quando canebat: Quam dulcia saucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.] Nam quæ, rogo, sunt eloquias Dei, nisi vt abnegemus nos ipsos, vt patri, & matri, & fratribus, nos in via Dei remoribus, valericamus; vt manum & pedem nos scandalizantem abscondamus; & alia huiusmodi legis Euangelicæ difficultia? Sed hæc dulcia & suavia reperit os iuorum, quia ea spiritualis dulcedo cooperuit, & cœlestis suauitas illinuit. Igitur comedet, fili mi, mel, quia bonum est, & sauum dulcissimum gutturi tuo.] Siautem nomine mellis & fani, adhuc virritus aepcionem non intelligis, audi quod sequitur: Sic & doctrina sapientiæ animæ tuae, quam cum inuenieris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Ideo profectò doctrinam sapientiæ mellis comparat & fauo; quia, vt inquit Beda, sicut duo illa cibis, ita & hæc doctrinis ceteris dulcedine præstat. Ac proinde magnas inuenit iustus delicias in aepctione virtutis, quas spiritus veritatis maximæ, quam corpus sentit, dulcedini comparavit.

At ipsa virtus iam aepcta, & per affuetudinem in mores nostros transfusa, quam dulcis ac suavis sit, quis poterit explicare? Certe quidem reliqua omnia, quæ in bonis apud homines computantur, aepcta vix tantillum delectant, & nullo modo satiant, immo & semper infelicem animam illis adharentem curis, conscientiæ mortibus, timoribusque cruentant. Si enim ipsa mundi huius voluptas numquam est pura, sed doloribus & afflictione mixta, cuius extrema, vt inquit Sapiens, luctus occupat, quam putas alia res sæculi delectationem habebunt, quam à terrena voluptate mendicarunt? Virtus vero possessores suos, pura & perpetua delectatione perfundit. Et humanus animus, licet huius sæculi bonus orbatus, sibi ipsi sola virtute cōgaudet. Hæc natura sua habitus est mentis; & omnis habitus iam comparatus, & quasi in alteram naturam versus, hominem eo vtentein voluptate prosequitur. Nam si virtuosus, superbus, & iræ, & aliorum virtutum actionibus delectatur, quas tanta turba molestiarum & timorum infestat; cur non multo magis virtutis studiosus virtutum actionibus delectetur? Scitè quidem dixit Leo Papa: Si seipsum sibi rationalis homo comparet, omnésque suorum actuum qualitates vera inspectione diuidet, nunquid in intimis suæ conscientiæ hoc delectationis inueniet de iniuritate cōmisa, quod de æquitate seruata? Aut tantum ei iunctitudinis carnalis voluptas, quantum spiritualis pariet appetitus? Nihil

A prorsus de virtutum splendore attingit, nihil de suauitate pietatis gustat, qui magis vult fordescere in iis quæ immunda sunt, quam in iis splendore, quæ sancta sunt. Non finit ratio, vt in cordibus vñque quaque captiuis ita placat satiata ira vt remissa vindicta, aut tantum generent gaudium mala quæsita de alieno, quantum bona expensa de proprio. Felicior semper patet temperantia, quam profusa luxuria, maioreque est lux humilibus quam superbis, & sublimior mens, quæ inter prohibita atque permisâ certius habet sperare cœlestia, quam amare terrena.] Sic ille. Summus ille conditor Deus, qui non solum res omnes creavit, sed & sua semper prouidentia gubernat, earum actionibus delectationem quasi in præmium laboris adiecit. Id enī mihi illa verba Danius significant: Delectationes in dextera tua vñque in sinu.] Sunt quidem delectationes in eius dextera, non vt eas à nobis seruet, sed vt in res earum capaces distribuat. Quibus actionibus putas tu maiorem volupatem addidit: illis, quibus offenditur, an illis potius, quibus placatur: illis quibus sua lex sanctissima conculcatur, & frangitur, an illis, quibus eadem lex diligitur, & impletur? Si ergo illicitis actionibus delectationem aliquam illa summa bonitas non negavit, non quatenus illicita sunt, sed quatenus à natura profecte; quanto potiore & maiorem operibus virtutis concessit? Cogita patrem familiæ, cum vase mellis in triclinium ingredientem, ubi filii eius, & serui, & hostes ad mensam accumbunt, ex eoque vase non parum dulcissimi alimenti hostibus & seruis impatiuntur; an cum ad filios accesserit auraserit, & sine mellis portione relinquet? Nullo modo. Quod à patre familiæ altenum iudicas, à patre cœlesti, qui iubet, ne alium nisi ipsum voceamus patrem super terram, alienum existimat. Et siquidem ipse hostibus suis, nempe infidelibus & peccatoribus, in rebus huius sæculi volupatem impetrat; & seruis, scilicet fidelibus legem vicumque custodientibus, in rebus mundi delectationem tribuit; filios charifissimos, eos nimis qui se totos virtuti dedicant, sine ingenti volupate, quam ex bonis operibus percipiunt, nequaquam dimittet. Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus te! Verè magna ac multiplex dulcedo, quam iustis in cœlesti patria reseruatam habes, & in hac mortalitate in bonis eorum studiis abscondis. Perfecisti, id est, perfectam & consummatam assertas eam pro eis, qui sperant in te, abundantissime illis dandam in conspectu filiorum hominum. At nunc, ne deficiant in via, stillas quasdam illius æternæ dulcedinis in cordibus illorum infundis, quibus, licet stillis, dulcedines & voluptesæ sæculi comparatae, amarae & insuavae existunt. Denique [animalia tua,] id est, innocentes & iusti, [habitabant] in Ecclesia tua, [Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.] Paras ego cibum bonorum operum, sed in dulcedine, ne ob defectum volupatis, cibum salutis auerteret. Paras in dulcedine, vt bonum opus, quemadmodum dicit Augustinus, fiat, non timore, sed amore: non formidine pœna, sed delectatione iustitia.

Hæc virtutis delectatio ac iustitiae suauitas, adeo viti iusti mentem incusat, vt non solum huius sæculi voluptes spernat, verum & in studio virtutis vix intra metas discretionis seipsum contineat. Nonne legisti in sanctorum gestis, eos indicibiles corporis asperitates pro Christi amore suscepisse, carnem icuuii, ciliicis, & flagellis attriuisse, noctes, diuinis colloquis vacantes insomnes duxisse, & quod mundani refugiant, ipsos vt dulcissimum & suauissimum

Psal. 15.  
11.

Psal. 30.  
20.

Psal. 67.  
11.

Aug. ibid.

adamastor

2. Cor. 4.  
17.18.

Psal. 118.  
103.

Pro. 2.4.  
11.

Beda lib.  
2. in Pro. 2.  
c. 26.

Leo. 5.6.  
de resu.  
sp. mēs.

adamasse? Sed scito hæc omnia tam ardenter ab ipsis fuisse suscepta virtutis opera, quia in illis purissimam voluptatem sentiebant, & non sine magnis deliciis spiritus res sensui horribiles acceptabant. Animus enim humanus robustus & validus, licet amara & aspera equanimiter toleret, non tamen ardenter & desideranter sine aliqua delectatione suscipit. Quam obrem hoc ardens sanctorum desiderium, quo in amara & ardua feruntur, manifestè arguit, rebus illis amaris aliquam occultam voluptatem inesse, cuius causa ab ipsis non tantum sustineantur, verum & atidē desiderentur. Sapienterque Gregorius illud sancti Iob: Nunquid considerasti latitudinem terræ? ad mysticum sensum detorquens, de latitudine virtutum intelligit. Virtus quippe ita animum dilat, ut de rebus asperis & difficultibus gaudet. Apostoli in flagellis & contumelias gaudent: Paulus in tribulationibus gloriat, sancti in penitentiis, in nuditatibus, in fame, in siti, & in infirmitatibus carnis exultant. Qui licet gratiam induerint, cum tamen naturam non exuerint, non possent in his laboribus exultare, nisi eos affectio aliqua voluptate sentirent. Sicut enim visu, nonnisi lucidum, aut coloratum percipitur, & sicut auditu, nonnisi vox aut sonus auditur: ita voluntas nonnisi de aliqua voluptate aur consolatione laetatur. Atque adeo sancti & iusti viri, in studiis virtutis exultantes, qua insuauit & amaritudine obruta apparent, non modicā in eis voluptatem consolationē quā percipiunt. Sed quid multis opus est? Sanè vera voluptas, qua animum satiet, & quietet, nonnisi ex virtute percipitur. Nam terrena omnia, cum summis labiis attinguntur, dulcia videntur, at dentibus experientia mansa & degluta, conscientia moribus amarescent. Virtus autem eminus conspecta, ingenita sua granitate nonnullum timorem incutit, sed gustata & amplexata dulcescit. Stultum ergo est in alio, quam in vera virtute & in studiis operibus gaudium & voluptatem inquirere. Sic fatui filii Adam, inquit Bernardus, & præcipiti saltu iustitiam transilentes, & pacem rem finalē in principium conuertere, & peruertere vultis. Nemo enim est, qui gaudere non velit. Non stabit, & non erit istud; quia sicut [non est pax impiis.] sic nec gaudere impiis, dicit Dominus. Non sic impij, non sic. Prius est iustitiam facere, inquietere pacem, & persequi eam, & sic demum apprehendere gaudium; immo a gaudio comprehendere. Et Chrysostomus: Animi tranquillitatem & latitatem, non principatus magnitudo, non pecuniarum copia, non potentiae rumor, non corporis fortitudo, non mens sumptus, non vestium ornatus, non aliud quicquam rerum humanarum adferre confusat, præterquam recte factum solūm spirituale, ac conscientia bona, quam certè qui puram habet, vt pannosus sit, vt cum fame luctetur, tamen tranquillior beatiorque est iis, qui inter delicias magnopere degunt. Quemadmodum & qui sibi male concius est, vt omnium bona possideat, omnium est misericordia. Quapropter Paulus in afflictione fame ac nuditate visitans, cum autem & quotidie flagris cæsus gaudebat, ac deliciabatur supra eos omnes, qui tunc regnabant. Achab autem, rex cum esset, ac deliciis sumptuosis perfrueretur, commissio peccato illo gemebat, animum despontens, etatque illius facies collabens, & post peccatum & ante peccatum. Igitur si voluptate frui volumus, ante omnia alia fugiamus vitium, virtutemque sectemur: aliter enim nobis non licet voluntatis participibus fieri, vt adipsum etiam regium solium confenderimus. ] Hæc omnia ille & verissimè. Voluptas enim exoritur ex præ-

Iob. 38. n.  
18.Agor. 5.  
Rom. 5. 3Bern. in  
illud, Nō  
est regnū  
Dei ej. c.  
& potu.  
ser. 2.  
Ifa. 48.  
21.Chrys. bō  
1. ad Ro-  
ma. in do-  
rati.3. Reg.  
21.

A sentia rei conuenientis, sicut & tristitia ex præsentia contrarij. Quid ergo ex virtu, quod naturæ hominis contrarium est, nisi tristitiam hominis; & quid ex virtute, qua naturæ hominis maximè conueniens est, nisi lætitiam & gaudium expectabimus? In huius gremio anima læta quiescit, & quæcumque aduersantia & dolorem ingerentia, virtutis recordatione aut pellit, aut minuit. Exultatque iustus, licet rebus aduersis circumseptus, quia pura conscientia se mala illa criminibus promeruisse non nouit, & causas esse augendæ virtutis aduertit. Iam itaque qui amore voluptatis capimus, qui tristitiam & dolorem formidamus, qui delectatione maximè ad laborandum permouemur, pro certo habeamus, illam sitam esse in studio & exercitatione virtutis; quam qui non excoluerit, nunquam sibi veram & homine dignam delectationem vindicabit.

## Quanta sit Virtutis pulchritudo.

## C A P V T V.

**V**æ corpori voluptatem afferunt, saepe solent de feditate notari, quia cum sint nobis brutisque cotanaria, non solent ab homine tanta libertate & tam recta intentione appeti, quin ipsum aliqua deformitate comiaculent. In hoc autem virtus est mirabilis & omnī dilectione dignissima, quod fine illa feditate deliciis afflit, & immensā quadam pulchritudine fulget. Quam si oculi carnis viderent, omnium ad se, tam sapientum, quam insipientium, amores attraheret. Trahit illa, & quidem potentissimè, sapientium animos, quia oculos mentis habent, quibus virtutis pulchritudo conspicitur. Trahit etiam saepe animos insipientium, quia licet hos interiores oculos habent, caligine ignorantis offusos, tamen tantus est virtutis splendor, vt etiam ab ignorantibus videatur. Si qui vero eius decorū non admirantur, nec amore capiunt, illi sunt, qui more pecudum, oculos solūm habent carnis residentes in facie, nec vntur spiritibus oculis, quos nature conditor collocauit in mente. Virtutis ergo pulchritudo ex his, quibus similis dicitur, non obclure cognoscitur. Virtutes enim stellis fulgentissimis assimilate sunt, quarum decore celum spirituale vestitur. Quia sicut firmamentum per se quidem pulchrum est, at efficitur stellatum ornatu & varietate pulcherrimum. Ita anima iusta gratia iustificantis splendore pulchra redditur, sed dum illi additur multiplex omnium virtutum gratia, non tantum pulchra, sed pulcherrima iudicatur. Virtutes autem stellis similes esse Bernardus censuit, sic scribens: Celum est sancta aliqua anima, habens solem intellectum, lunam fidem, astra virtutes. Vel certè sol iustitiae zelus, aut furens charitas, & luna continentia. Quo modo enim claritas, vt aiunt, lunæ, nonnisi a sole est: sic absque charitate leu iustitia continentia, meritum nullum est. Porro stellas dixisse virtutes non me poniunt, considerantem congruentiam similitudinis. Quo modo nempe stellæ in nocte lucent, in die latentes vera virtus, qua saepe in prosperis non appetat, eminet in aduersis: ] Sic ille. Licet autem virtus in aduersis magis eminet, at in prosperis non ita abscondita est, vt penitus non appareat. Nam & iustus in prosperis tantam moderationem, tantum contemptum terrena felicitatis obseruat, vt per hæc, quasi per rimulas quafdam, splendor virtutis effulgeat. Vnde in prospeti-

Bern. ser.  
27. 18.  
Cant.

ris &amp;